

C In anno primo Cyri. **B**eda. Sicut cyrus destruto chaldeorū imperio populum dei liberavit et in patriam remisit. et templum incensum hierosolimis reedificari precepit. et hoc edictū etiā per literas manifestauit. ita christus destruto dyaboli regno. electos suos qui erant dispersi ab eius tyrannie in eccliam congregauit. que in presenti iustificata ex fide pacem habet ad deum per ipsum. et ad visionē perpetuę pacis festinat. bierales qui p̄e visio pacis dicitur. **T**emplū quoq; incēsum restarari facit: cum illos q̄ insidij dyaboli fidez p̄viderant ad salutē reducens: habitatō sua dignos efficit. scripturas etiam. sacras et sanctas per vniuersum mundum mittit: quibus fidem sui nominis et spēm salutis cunctis qui ad regnum suum pertinent. i.e. electis p̄dicat.

Et ipse premūt. eī do. **B**eda. **D**omus vel templū dei in scripturis sanctis vñusquisq; doctrinā et tota simul ecclia solz appellari. quia in cordibus se credentium et sperantil diligenter h̄abitare cōsuevit. vnde **S**i q̄s diligit me serm. et p̄. m. d. e. ad e. v. t̄. **A**nde et ipse apostolus ait. **T**emplum dei sanctum est quod esis vos. Et alibi. Christus vero in domo sua tanq̄ filius. que dominus sumus nos rc. In figuram huius domus vel templi spūalis salomon fecit templum in bierusalem domino. Interpretatur em̄ pacificus. figurās eum de quo dicitur. Multiplicabitur eius imperium. et pacis honor erit finis. de quo apostolus ait. Et venies euangelizans pacem vobis qui loqe fuistis et pacem bis qui prope rc. Q̄e vero tēplū septem annis edificavit. octano autem consummavit et dedicauit. significat q̄ toto tempore huius seculi (quod septem diebus circuit) eccliam. dominus collectis ad edificium celeste fidelibus construit. et in vita futura apparente resurrexit. gloria ad integrum perficit. et in gaudium vite immortalis in eternā vissim sue claritate sustollit. q̄ em̄ ipse octana die. i. post septimā labati resurrexit. recte octonario numero tēpus etiā nostre resurrectōnis exprimitur. Q̄ autē euo sequente quedam templū edificia restituta solui cōperunt. sed instantia regum et sacerdotum instaurata sunt: significat quotidianos erratus fidelium. de quibus dicitur. Septies cadit iustus et relurgit. qui quotidiana temporū sollertia per exempla vel exhortamenta precedentium iustorum. quasi per sacerdotū et regum dei corriguntur in industria. Reges enim et sacerdotes omnes perfecti vocantur. cum sint membra summi regis et sacerdotis et se bene regere. et corpora sua viuentē hostiam deo exhibere didicerint. Q̄ postea crescentibus malis templum ydolorum sororibus prophanatum. et tandem a chaldeis destructum et censum est. significat grauiores lapsus eorum qui per confessionem recte fidei et sacramentum baptisimi. ecclie membris adunati. denno fraude demonum a statu fidei deiecti. et viciorum flama sunt combusti. q̄ virtute templo et vbe bierusalem cines cines in babilonem transmigrati. sed post septuaginta annos acta penitentia ad patriā (domino miserante) remisisti. rursus templū et vbe sanctam grandi labore restaurarūt. significat eos qui decepti a dyabolo. non solum fidei sinceritatem et integritatem boni operis perdunt. sed etiam per acerbitudinem scelerum gentilibus et publicanis simulantur. vnde. Sit tibi sicut ethnicus et publicanus. quorum ramen aliqui per diuinā gratiam resipescentes ad eccliam revertuntur. cum illustratōe sanctissimū compuncti. p̄cepta dei que reliquerant deum audiunt et custodiunt. Septes namq; sunt dona spiritus sancti. De cem vero p̄ceptis summa diuinæ legis comprehenditur. et decies septes septuaginta sunt. Unde bene qui per opera pueris in babilonium fuit

rant captiuitati post septuaginta annos liberantur. et domum dei et ciuitatem sanctam reedificant. quia nonnūq; qui per peccata sua a communiōne ecclie separati. infidelium numero copulabantur. rursus per donū spiritus manifestanti bona opera exercut. et sic consortium fidelium domus. s. et ciuitatis dei de qua fuerant electi. recipiunt. Notandum enim q̄ eadem penitentium ad eccliam reversionem. et domus domini post incendium reedificata. et ciuitas restaurata. et populus p̄ captiuitatem in patriam remissus. et vasa sancta relata denunciāt.

Sed quia esdras de his omnib; explicat. libet de volumine ei⁹ aliqua spūali sensu exponere. quo clarissim⁹ et qualiter his qui p̄ negligēti vel errores perierant sit ad p̄ intentiam redēndū.

quāta dei gratia: qn̄ to ipsorū conatu admissorum poscenda l̄

imperatrā venia. qn̄o

penitentes cum eis q̄

nuper ad fidem vene-

rant. eandē christi do-

mum edificet. et pa-

riter in futuro dedica-

tionis illius solennia

expectent.

Quis est in vo-

Beda. Magna ī his p̄

fides regis. magna cla-

ret pietas. fides quid

quia populū israel p̄

ceteris dei ēē itellexit.

Pietas. q̄ nullo exce-

pto oēs q̄ vellet libos

in patriam redire p̄misit. Fides: q̄ eundē deus et habitare in celis et esse ī

bierusalem et cum singulis reuertentibus ascendere posse. confessus est.

Ascendat enī q̄ nō corporeū et loco apprehensibilem. sed spiritū et vbiq; p̄sentem

credidit. q̄ē ita hierosolimis et in templo habere locū confessus est. vt si

mul eum celi regno p̄fidele non dubitaret. ita in celis regnare credidit:

vt cum suis fidelibus esset in terra. eorumq; animos et manus ad salutē

riā dirigeret opera.

Ascendat in hie. **B**eda. Qui peccant vel secularia curant in imo

sunt. qui deo placere desiderant. ad celestia suspirat. omnes pompas mū-

di et illecebras eternorum amore transcendent. et edificant domum deo ī

iudea. in confessio-

s. s. iniquitatis. et diuinę miserationē preparant cor-

da sua. que deus habitare et illustrare dignetur. et proximos ad idē iū-

tare verbis et exemplis nitantur.

Et omnes. Notanda distinctō. verborum. quia omnibus a capi-

tūtate solutis dedit facultatem. vt quicq; ad templum edificantū

(domino duce) ascenderet. non tamen omnes ascendere iussit. sed quos

donata libertate alibi habitare delectaret. ascendentibus auxiliari. quē

q̄ de loco suo p̄cepit. data. s. eis in necessitatē tam longi itineris pecu-

nia vel pecoribus. alia quoq; illis dona dare et cōmendare desiderauit

que in templo domini pro memoria mittentium offerent. Omnes ergo d

captiuitate liberati sunt. omnes pietatis actib; dediti. sed perfectiores ad

edificantē tēplū dño ascenderunt. ceteri adiunēt. Dēs enim electi de po-

estate tenebrarū eruti. ad libertatem pertinent filiorū dei et glorie. oēs

societati sancte cīuitatis. i. ecclie annumerari letantur. sed tantum per-

sectorum est in edificatione eiusdem ecclie etiam alii p̄cēdādo la-

borare. qui ab apostolo dupliciti honore donantur. sicut angelus danieli dicit.

Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor. firmamēti. et qui ad

injustiam erudiunt multos. quasi stelle ī perpetuas eternitatis. quia erudi-

tores multorum cum magis auditores ad celestia diligenda instituant. mi-

nus pro terrenis curam gerunt. immo acquisita pro spe eternorum relin-

quant. Unde necesse est vt ad p̄dicandum subsistant divites qui p̄di-

care nequeant in opib; eorū subuenire. vt sic p̄dicationis possint esse p̄

ticipes. Unde Johannes. Nos ergo debem⁹ huiusmodi suscipere. vt co-

operatores simus veritatis rc.

Adiunēt eum. Qui temporalib; abundant. non solum paupi-

b; et christi necessaria debent ministrare. s. et bona que possunt. p̄ se libēter

opari. vt utroq; commodo in tēplo dei quod est ecclesia partem mereā, tui habere.

Et surrexerūt. Cyrus omnia p̄cepit immo permisit in hierusalem ascendere et edificare domum domini sed tantum de iuda et beniamin et tribu leni ascendere voluerūt. Nam decem tribus sub ierooboam rege a tēplo dei et cultu pietatis sunt alienate: et iō a regibus assiriorum fuerunt captiuate. nec ync̄ omnes ut peribent in patriā venisse. Sed iudas et beniamin et tribus lenita ad quaz templi ministerium p̄tinebat. q̄n̄ peccata decem tribuum imitarentur. nunq̄m h̄cationem virilis et templi cerimōias deserbāt.

Enī et ultime a chaldeis sunt capte et prius persicis regnantiis redire permisit. quia s̄ de tribu iuda et leuitica ortus est dñs noster. Tribus quoq; beatiū illis le religio sa fide coniunxit. maxime quia biersem in eius sorte fuit. et ideo collate misericordis p̄ticeps ē meruit.

Prinicipes p. Principum enim patrum. i. magistrorum est opere et doctrina errantium mētes i studio boni operis edificare.

Scribe docti in regno celoz. qui merita sensib; auditorū soliter examinantes di indicate nonū quē in quo gradu mīst̄ri ecclasiastici promoneāt. Ut ascenderet. Quotidianis profectibus velut quibusdam gradibus ascendit ad summam virtutū quae sunt in eterne pacis visione. prius gradus sunt pro priam vitam corrigerē.

Secundi de primorū eratib; laborare. Supremi post opera bona et doctrinam gaudi perpetuę remuneratōis expectare.

Adiuverūt ma-eorū. Manū ecclasiatū socij qui edificare neq; vatis pecunias adiuvant. cū seculares predicatorib; liberos suos vel familiā domino educandas cōmittūt. vt qd̄ per se nequeunt. q; eos qui posunt dñs sūḡ denotionis munus offerant.

In iumentis. Beda. id est tardioribus. sed ad leneāngum euangelij portandum mansuetis. Dant etiā pecora. humiles. s. spiritu et mites qui de substantia sua quasi de lacte et lana gratis pauperibus tribuit. Dant et substantiam et supellectilem variam cum multipharis operis florib; insignes viros vel feminas parentes vel domesticos. doctoribus p̄medant. per quos domino consecrentur. et proficiant in edificium domini. Sunt enim pleriq; naturali dono casti. patientes. modesti. liberales. iusticie et sapientie amatores. oratōibus et elemosinis sicut comites instantes et legem non habentes. que legis sunt faciunt. Di cū sanctis predicatorib; in christo renascituri. vel in fide confirmandi offerantur. quasi supellexvaria ad edificandam domum domini principibus. prout tribuitur.

Protulit vasa. Beda. Vincula vasorum species fidelium personas diversas vel oratōes significat. In apocalipsi legitur vigintiquattuor sc̄iores hic phyalas aureas plenas odorantiorum. qne sunt oratōes sancti p̄ phyalē cū sunt vasa patula et lucida. et significat simpliciū corda

q̄nib; subdole cogitatōis habent. s̄ ea q̄ in corde tenent pura p̄ferunt lingua. Talibus ergo aromata. i. acceptabiles deo orationes inesse refertur. Multri quibus vtebantur ad incidentes vel dividendos ratōne congrua artus victimarū. vt omnibus ratōne distinctis pars i altari consumetur. pars sacerdotibus. pars lenitis. pars offerentibus daretur. illos significat. qui discretōne h̄nt. qui perfecte norūt discernere. sacrificio salutari quod ē christus. q̄e omnibus sint dicenda. que perfectoribus. q̄e humane cognitōis modum excedentia igni spissitanci tribuēda. Sciphi au rei qui maiori sapientie splendore rutilat. Argentei vero qui docendi venustate ruti li qui nouerunt planis exponunt. q̄nos distinguis apostolus. Cōcordia sanctorum simplicita et lucida. rum. Phiale auree triga. t. phia. t. qui sacrificium quod ē christus discrete diuidere norunt et intelligere. Argentei mille. t. cultri vigintinouē qui ferentes charitate solent solacia debiri. Cyphi aurei triga. cyphi argentei secundi quadrangenti dece: vasa alia mille. Omnia vasa aurea et argentea quinq; milia quadraginta. Uniuersa tulit sasabasar: cum his qui ascendebant de transmigratione babilonis in hierusalem.

De sunt autem

prouincie filij qui ascendent de captiuitate quam transulerat nabuchodonosor rex babilonis in babilonem. et reuersi sunt i

Et adiūterauit. Hoc fit cū xps qui ē beres uniuersorū q̄s ad salutē p̄ficiavit. p̄tate satiane eruit: et ecclie sacerdotibus reconciliādos per p̄tentia offert.

Et h̄ic ē numerus. Quia nonū domin⁹ numerū electorū. nec perit aliqua de ouib; ei⁹ p̄ficiētibus noi⁹ ei⁹ magno et terribili.

CEt h̄ic ē numerus. Quia nullus de p̄destinatis p̄ire imperpetuum p̄t. si q̄n cū in babilonē i. confusione peccatorū abducuntur. diuina prouisiōe p̄ sociatē iustiorū ad pacē ecclie reducitur. Vasa aut̄ q̄ exercitus chaldeorū capti babilonē fregisse. fractaq; i babiloniā transulisse p̄bice. illos exprimit q̄ ita a dyabolo capiūt. vt p̄i q̄ p̄cēat p̄bēne rapiāt ad penā.

Di sunt aut̄ filii prouincie. Iudee. s. nō babilonie. Ad h̄ac em̄ p̄tinebāt etiā de captiūnū stirpe i babilonia nati. toto em̄ anno iudeaz et biesez suspirabāt. q̄ figurā gerit dux eoz zorobabel q̄ noī ipso se ortū i babilonē demonstrat. Et itētōne et ope cīne ierlez. Ultiori ſēſi filij ecclie filij sūt p̄rie celestis. n̄ solū q̄ ecclie ſacredētā ſūt ibi. ſi etiā q̄ ſor. i. iter ipi os aliqui aberrātes diuina electōe an ſecla p̄ordiati ad vitā dñi. ḡe mīſteriis ſūt p̄scrādi. q̄b; bñ ſubditur. Et reuersi. s. in b.

Et reuersi. cū enim liberati de p̄tate satiane qui a fide errauerant cū eis qui nuper fidem didicerunt in hierusalem optate pacis et in iudea confessionis vel laudatōis redierunt. mox quicq; cīnitatem ſuaz repetens īgre ditur. id ē custodiā et opatōne virtutum. quam diuina dignatō ſed mīſtrum fidei largitur. deuotus exequitur. Bene autem cū dixiſet generaliter reuersos in iudam et hierusalem subiecit vniſquisq; in cīnitatē ſuam. quia ſic ſinguli in ſuis cīnitatibus commorabantur. vt generaliter omnes ad iudam et hierusalem pertinerent. Designat ergo hierusalem uniuersalem ecclie ſtatū. et cīnitates ad eam pertinentes ſingulas fidelium virtutes in quibus ab incurſibus demonum maniuntur. Possunt etiā

per cinitates ī quibus
cōmorabantur qui d
captinitate in hierlez
z indeā venerāt diuer
se p orbem ecclēsī ac
cipi ex quib⁹ vna ca
tholica perficitur ī q
bus quicnqz cōuersan
tur singuli se filios ca
tholice ecclēsī quasi
cines hierlem profiten
tur. Utēbantur autē
ante alios zorobabel
et ielu duab⁹ quoru⁹
vnus de regia; alter d
sacerdotali prosapia
erat; qui vnā veri re
gis et summi sacerdos
tis personā gerebant
Ihsus solus est per quē
ad salutē venim⁹. vñ
Nemo venit ad p̄ez
nisi per me; qui singu
los electorum vel per
scipsum occulta inspi
ratōne. vel per predi
catores aperta erudi
tōne de confusione p
sentis vite ad visiōz
pacis et cōfessionē di
ning landis. quasi ad
indeam et biersalez
de babilone colligit.
Visio aut pacis z cō
fessio ī p̄nti inchoat. z
ī futuro pficitur.

Conusquisib[us] ci. s. Heda. 30. vige lanter scriptura distinxit de qua generatōe captiōnū soluti i pa triam redierint. ut ex eo admoneremur quāta certitudine summā electorum suorū in libro ritę dñs p̄scribat: et velut i albo celi cō signet quot anias q̄s fideliū vel verbo v̄ exemplō puerteret p̄ quibus certa mercede remuneret.

Numerus vi-
po. isra. B. po-
pulum israel tribū in
da et beniamin dicit.
et q̄cīq̄ d̄ alijs t̄bubo
assyriorum q̄ndā cua
serat man⁹. sed cī bis
fuerat a babilōij⁹ ca-
ptiuitati. Deniq̄ notā
dum. quia in ipsa se-
rie cathalogi. ⁊ magis
eibi idem catalog⁹ ī
secunda parte libri i.
verbis necmēq̄ repeti-
tur. quindecim fere ci-
uitatū noīa inserunt.
que (nisi fallor) in in-
da tm̄ ⁊ beniamin in
veniuntur. vñ verisi-
mile ē populū israel h̄

bierusalem et iudeam vniuersitatem
in ciuitate sua qui venerunt cum
zorobabel et iesua neemia saraia
rahelaia mardochai belsan mes-
phar belguai reu baana. **Nume-**
rus virorum populi israel. **Filiij** pha-
res: duo milia centum septuaginti-
taduo. **Filiij** arethi: septingenti sep-
tuaginta quinque. **Filiij** gersephatia
trecenti septuaginta quinque. **Filiij**
saphatia: trecenti septuaginta duo.
Filiij arca: septingenti septuaginti-
taquinque. **Filiij** pethmoab filiorum
iosue: octingenti. et ioab duo milia
octingenti duodecim. **Filiij** helam:
mille ducenti quinquaginta quat-
tuor. **Filiij** zethua nonagesimi quadra-
ginta quinque. **Filiij** zachai: septingenti
sexaginta. **Filiij** bani: sexcenti qua-
draginta duo. **Filiij** bebai: sexcenti
vigitires. **Filiij** azgad: mille duce-
ti vigitiduo. **Filiij** adonicam: sexcenti
sexagitas. **Filiij** beagui: duomilia
quinquegintas. **Filiij** adin: quadrin-
genti quinquaginta quattuor. **Filiij**
ather qui erant ex ezechia nonagi-
ta octo. **Filiij** besai: trecenti viginti
tres. **Filiij** iora: centu*rum* duodecim.
Filiij asem: ducenti vigintires. **fi-**
liij gebbar: nonagen*ta* quinque. **Filiij**
bethlehem: centum vigintires.
Uiri nepthupha: qui quagintas.
Uiri anathot: centum vigintio*rum*.
Filiij azmaueib: quadraginta duo.
Filiij cariathiarim: cephira et be-
roth: septingenti quadragita tres.
Filiij rama et gabaa: sexcenti vigin-
ti unus. **Uiri** machmas: centu*rum* vi-
ginti duo. **Uiri** bethel et chai: du-
centi vigintires. **Filiij** nebo quin-
quaginta duo. **Filiij** megbis: centu*rum*
quinquagintas. **Filiij** helam alte-

rius: mille ducenti quinquaginta
quattuor. Filii arim : trecenti vi-
ginti. ^{sal. sexcenti} Filii lodadin et ono septingē-
ti vigintiquicq. Filii hiericho: tre-
centi quadragintaquinq. Filii se-
naa: tria milia sexcenti trigita. ^{sal. tidaa} Sa-
cerdotes. Filii iadaia in domo ie-
sue: nongenti septuagintatres. Fi-
lli emmer: mille quinquagitatuo.
Filii phessur: mille ducenti q̄pra-
gintaseptem. Filii arim: mille de-
cem et septem. Lenite. Filii iesue et
cedmihel filiorum odeuię: septua-
^{sal. odema} gintaquattuor. Cantores. Filii a-
saph: centum vigintiocto. Filii ia-
nitorum. filii sellum. filii ather. fi-
lli thelmion. filii accub. filii arthita
filii sobai. vniuersi centum trigin-
^{sal. sisai al. osai} tanouem. Nathinnei. filii sia. filii
asupha. filii thebbaoth. filii ceros
^{sal. sisai al. seua} filii sysaa. filii phadon. filii lebana
^{sal. agaba al. abaga} filii azaba. filii accub. filii agab. fi-
lli selmai. filii anan. filii gaddel. fi-
^{sal. rebaia} lii gaer. filii raahia. filii rasin. filii
iechoda. filii gazem. filii azec. filii
phasea. filii beseq. filii asema. filii
muniž. filii nepthusiz. filii bechue
^{vel o} filii acupha. filii azur. filii besluth
filii maida. filii arsa. filii bercos.
filii zizara. filii thema. filii nasia. fi-
lii athupha. filii seruorum salomo-
^{sal. pb} nis: filii sothei: filii sophereth: filii
haruda: filii jala: filii dercon: filii
eddel. filii saphata. filii athil. filii
hocereth qui erant de asebaim.
lii amim. ^{bi} Omnes nathinnei et
qui erant auctores tēpli, qui reficiebant fortē
sī forte fauissent vexata. et restaurabāt de sacra
cūnia.
lii seruorum salomonis. trecenti
vagitatuo. ^{vel de} Ethii q̄ ascenderunt
thelma la thelarsa cherub et don-
mer. et non potuerunt indicare
omum patrum suorum et semen

Et de filiis sacerdotum. **B**eda. Eadem cantela filij transmigra tions erga sacerdotes agunt qua erga populu. Curabat em ut distincte patesceret qui vere ad populum israel. vel ad genus sacerdotale pertine rent; qui aut suspecti aut certa pselitorum. i. aduenarū essent stirpe pcre ati. Sacerdotes ergo suspectos ab altaris mouerūt officio vñq̄ certius eorum origo claresceret. sed nichilominus in societate trāsmigratiū vna, nini se cum pace seruauerūt. Misticē autem querunt filij sacerdotū de captiuitate babiloīca ascē dētes scripturā genealogiā suę nec inuenientes de sacerdotio ejici untur; cuius ministri al taris in tāta flagicia vel nephāda dogma ta decadūt; vt et si penitendo ad salute aie redant; non tamē dī gni sunt qui ad sacrā gradū restituantur. **E**sī enim inter fideles vitam expectent et nam; non tamē scripturā gradus sui. quez repetere nequeunt int perfectos sacerdotes inueniunt.

Omnis mul. **E**t **B**eda. Hi eos signifcant q̄ profectu emē dationis vīcīa sup erare. et virtutuz cul mē ascēdere satagit. nondū tamen sibi ad p̄videndam vīā regularis vīcīa sufficiat. sed eorum qui in christo p̄cesserunt industra coercentur et diri guntur.

Et in ipsis. **B**edā. Misticē in templo vñ populo dei sunt cantores qui in aiore animi dulcedine cœlestia mandata custodiunt. et auditoribus suis crebris exhortatōnibus custodiēt da cōmittunt. Bene autem cātoribus cantatrices ducenti. **E**qui eorum

guntur propter sexum. s. feminē in quo plurime reperiuntur psong que, nō solū vñendo sed etiā predicando corda proximorū ad laudes sui cōtoris accendūt. et quasi suauitate sue vocis adiuuat edificatē templū.

Muli eoru. **B**eda. Multus ex aliso et equa. gignitur. mula ex equo et asina. Inter homines qui de captitiae ascenderant etiam animalia quibus adiuabantur describuntur. Et eorum sicut hominum numerus designatur. quia sunt multi in ecclesia vel sensu tardiores; vel etiam carnales; qui tamen magistris spiritualibus devote obtēpāt. et ad portāda onera fraterne necessitatis dorsum mētis inclinant. et cum ceteris electis p̄fusionē dyabolice captitiae erepti; ad lugē ciuitatis menia tendunt. quorum etiam numerus memoria dei integer cōseruatur. **Vñ. I**mpfectum meum u. o. t. **E**t alibi hoīes et in sal. do.

Oponte obtule. **B**edā. Magne denotōis indicū est non debitas tā tum oblatōnes. id est. lege preceptas; sed etiā non scđm preceptum sed sim consilium donaria sponte domino offerre. **L**ege p̄ceptum est. **D**iliges dominum deum tuum. et proximū tuum sicut teipsum; et cetera huiusmodi. **V**oluntaria vero oblatio est. Si vis perfectus esse; vade et vende omnia que habes et da pauperibus. **S**icut apostolus de virginib⁹. preceptus domini non habeo. consilium autem do. **R**ecte ergo principes patrum ad construendum domū dei sponte offerunt. quia quo amplius. quiq̄ etiam a licitis abstinent. eo efficacius ecclesiam dei edificant. cum qui exempla p̄fectōis eoz agnoscent. tanto magis p̄mittere illicta formidant; q̄to cos nec licitis vti considerant. **S**cđm vires suas. **H**ec enim mensu-

ra perfectōis pro posse suo quemq̄ pro domino laborare. et statum ge elelig primo i se. deinde in proximis confirmare. Qui taliter conuersantur recte principes patrum vocantur. quia perfectōem ritę et doctrine illis qui in ecclēsia per solicitudinis studium patres vocantur altius viñedo p̄cipiantur.

Auri solidos. **B**eda. Aurum et argentū et vestes sacerdotales p̄cipes patrum scđm vires suas in impensas operum templi offerunt; cum

viri sancti quidquid sapientie eloquentie et actionis bonę percipiunt bene viuendo in edificationem fideliū conferunt. **C**ertū est pondus auri et argenti. certus numerus sacerdotialium vestū. ut sciamus domini cogitationes et sermones et actus nosse et digne remunerare.

Concordatum vero q̄tu populo dei capititas profuit. Qui enim scđm hieremias quattuor milia servitū captiui sunt inter hostes multiplicati q̄n quagita fere milia vi

ri in Patriam redierunt. et qui pauperes et servi fuerant. auro argento. vestibus et servis locupletati reuertuntur et qui propter multitudinem falsorum deorum patriaz perdidērunt. nunc vnius veri dei fidei gaudentes repatriant. p̄iam etiam fidem vñanimi devotione colentes. vt q̄ p̄ diversitate religionis diuerso nomine iuda et israel vocabantur. nūc pro unitate pietatis antiquo vocabulo oēs israel vocantur.

Cultum nāq̄ pietatis que in terra sancta prophetis redinanti

bus et exempla iusticie demonstratibus spreuerunt. nūc in terra aliena hostibus ydolatrii servientibus dilexerunt. Quos em libertas et copia i patria negligentes fecit cœlestium mādatorū. eos seruitus et inopia i peregrinatione ad obsequium creatoris adduxit. Humanū em corpus opibus et libertate solvit. erumnis quoq̄ et paupertate ad semetip̄ colligit. Qd ergo in populo illo semel factum est: hoc in oībus penitentibus quotidie fieri solet: dum qui per negligentiam in laqueos dyaboli ceciderunt: per industria penitentie diuinatus adiungi: resurgunt. et qui virtutuz operibus a dyabolo nudati de ecclēsia recesserunt ad communionem illius maioribus virtutibus exercitati rediunt. **Q**uo em grā se errasse meminerunt: eo ardenti boī opib insistunt.

Habitauerunt ergo sa. et le. Lenita a chaldeis captiuiatus cui totē recipit; cum dyaconus virtutem perfectōis quā a dyabolo seductus perdidērāt: domino donante reintegrat. In babilone vero natūrā cōtitutam in indeam veniens ingreditur. cum regeneratus in x̄po. et bñ in statutis ecclēsia acceptu semel dyaconatum regulariter custodit. **S**icut esī ille per christigratiā. quasi de chaldea servitute liberatus est. ita b p̄ executōne honorum in quibus p̄decessores eiusdē gradū p̄uersati sunt. velut ad menia p̄prie virtutis ciuitatis ascendunt.

Universus israel. **B**eda. Universum israel non decem tribus tam dicit. que quondam vocabantur israel ad distinctōem duarū que vocabantur iuda: sed omnes generaliter redeentes: siue de iuda et beniam sine de alijs tribubus. Nam decem tribubus in assirios trāslatis

et samaritis in terram eorum substitutis. quiq; remaserant reliquerunt et fregerunt simulacra. et integrum corde domino seruire. et in templo sacrificare cuperunt. sicut scriptum est in paralipomeno. Hoc ergo qui residui eorum tribu iuda et beniamini. quibus sociati fuerant. captiui sunt similes reuersi in patriam et in civitates suas. quas vacuas cum agris et villis recupererunt. Non enim eas cum ipsis in babilone seruirent. sicut nec duarum tribuum terrenis quisque colonus intrarat. Celebravit enim terra sabbata sua cunctis diebus desolatis. Major autem pars decem tribuum capti uata ab assiris ultra medorum montes non quod rediit. nec si rediret cunitates suas ingredi posset. quas possedere samariti de quibus sibi promittunt inde quod regnante christo suo cum ceteris sue gentis hominibus sunt in inde regnaturi et in totto orbe regnaturi. Allegorice. Sacerdotes levite cantores ianitores et nathinni. omnisque israel in civitatibus suis habitat. cum ministri altaris et doctores et plebs christiana in suis gradibus deo fideliter seruunt. sive qui eodem gradu aliqui vicis soldato vel perditio. per penitentiam correpti sunt. sive qui nups de regno dyaboli ad ecclesiam venientes bonum sibi gradum acquisierunt. Quas enim civitates introierunt levite vel filii israel. non solum quae eas captivati amiserant. sed etiam qui de captiuis geniti ad ipsas se paterna successione pertinere didicerant. Quicunque vero ita captiui sunt ut nunquam reverti alios fundos suos possidentes relinquenter. illos significant qui sic peccando ab ecclesia discedunt ut nunquam resipiscant. et alios promissa sibi pignora relinquunt. vnde. Memor esto vnde excederis et age penitentiam. et prima opera fac. si in autem venio tibi et mouebo candelabrum. et de levi. Et alibi. Tene quod habes. et nemo accipiat coronam tuam.

C. III.

Ciamque venerat. Mensis septimus qui apud nos october pre certis legali obseruacione solennis. in quo etiam celebrata est dedicatio templi. Longe ergo cum primo civitates suas intrassent. et mansiones sibi prouidissent. mox in iherusalem confluxerunt. et altare construxerunt. et eo tempore quo templum cum altari et omnibus vasibus olim consecratum est. quo ad die secretoris annuntium venire solebat.

Consticte. Septimus mensis gratiam spiritus sancti significat. In hunc post captiuitatem de civitatibus nostris in iherusalem conuenit. cum ablatas sordes viciorum post inchoationem bonorum operum maiore eiusdem spiritus gratia illuminantur. et in amore superne pacis que in vera unitate est ascendimus. iherusalem enim visio pacis dicitur.

Cet surrexit ioseph. De tribu sacerdotali que significat christum verum sacerdotem. qui in sanguine suo nos a peccatis lauit. et assistit nunc viuit dei pro nobis.

Cet freres eius. De quibus dicitur. Item iuste fratibus meis. Hic sunt in ecclesia altiores et christo familiarius inherentes. ecclesiam edificant. Toti etiam dicitur ecclesia. Nos autem genitum electi resuimus. sunt enim electi mebra summi sacerdotis. corpora sua offerentes hostiam vivam.

Cet edificauerunt. Beda. Magna prouisione primo altare edificerunt. ut quia templum nondum erat fundatum. haberent tamen ubi sacrificantes deuotorem suum invenirent. Quod et nos hodie spiritualiter facimus. cum ante omnia in corde nostro fidem dominice incarnationis et passionis collocamus. et anaditoribus tradimus. vnde. Non indicavi me scire inter vos nisi biesum christum. et hunc crucifixum. In altari holocausta nostra. id est cogitationes et opera perfecta offerimus. Ista enim vota actionum nostrarum deo patri placent. si sacramenta christi participamus. si virtute spissantem quasi igne altaris incendimus. Hoc holocaustum namque totum incensum dicitur. quo nomine sacrificia vocabantur. quorum nihil cedebat in humanos usus. sed totum deo dabatur. et summo igne consumebatur. Quibus vita fidelium exprimitur. qui nihil proprium querunt. sed omne quod uiuunt. in famulatum dei expendunt. Nec soli voluntatem corporis et anime pro domino calcare. sed ipsam animam pro ip-

so ponere gaudent. cum apostolis dicentes. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te regi. Quibus respondetur. Omnis qui reliquerit dominum aut fratrem aut sororem regi. Hoc holocaustum in altari dei offerendum est. quia nisi in fide christi acceptum esse non potest. Multi enim philosophi propria reliquerunt. et mundam ac pauperez vitam agentes holocaustum facere videbantur. sed hoc in altari dei non fecerunt. quod voluptates reliquerunt. sed christum apud proximam aduocatum non habuerunt.

Bases suas.

Beda. Lorda. Selectorum ad suscipienda fidei sacramenta preceptis magistrorum. quasi ferramentis fabiorum preparata. Ne autem unum altare. sed plures sunt bases que hoc portant. quia unus deus. una fides. sed multa fidelium corda. una veritas regulam instituta. quod si in eam suum collecta communis deuotio celestium sacramentorum onus portant. Qui aut minus instructis ne via de serentibus fidei sacramenta committit. quod si altare domini in terra sine basibus ponit. quia terrenis adhuc mentibus que sunt celestia tradit. vnde. Reges accendunt lucernam. et ponunt eam sub modio. sed s. c. regi. Sicut enim christus altare vocatur. quia ab iniustis emendar. et vota orationum patri commendat. sic et lucerna. quia in testa humanitatis lumen posuit dominus. Supponuntur autem bases altari. et lucerne candelabrum. cum fidelis corda et corpora ad exercendum operando quod credunt. builli intentio submittunt.

Cet obtulerunt sibi. Beda. Mane et vespere offerimus holocaustum domino super altare eius. cum stabilitate in corde nostro fidei ipsius integra deuotione bonis actibus operam damus. et hoc mane et vespere. cum scilicet meminimus initia salutifera intentionis ab illo acceptisse. et non nisi per auxilium gratiae eius inchoata perficere. Et ideo illi vota gratiarum in omnibus ardenti desiderio pie conuenientib[us] offerimus. Itzimane holocaustum facimus. cum pro accepto lumine spiritualis scientie deo vicem bene vivendi impendimus. Vespere vero. cum pro requie semper na quam in illo post opera bona speramus incessibili studio flagramus. Potest etiam ad litteram recte accipi nos mane et vespere offerre holocaustum. cum ita deo placere omni tempore curamus. et dilucido surgentes non prius ad agenda humanae fragilitatis necessaria procedamus. quod igne divinae caritatis inflammati. deuotis nos orationibus domino commendemus. vnde. Mane oratio mea preueniet te. Similiter cōpletis diei operibus non ante demum somnum oculis nostris quod locum domino in nobis orationis instantia consecremus. iuxta illud. Dirigatur oratio mea sicut incensum in corde meo. s. n.

Ceceruntque. Beda. Qui de babilone in iherusalem ascenderant ordines implere omnia mandata domini. hanc solennitatem celebrare cupiebant singulis diebus septimanis que lex precepit. implentes que nos spiritualiter implere conuenit. Egressi enim unus de egypto per sanguinem agni ut veniamus ad terram promissionis cum sacramento domini passionis baptisati graue inquit prevaricatis obiecimus. ut in libertatem glorie filiorum dei adoptati regni celestis heredes sumus. Manebamus autem in tabernaculis per desertum longo tempore euntes donec veniremus ad patrem. cum in baptismis renunciantes satanas. quasi regi egypti. i. tenebrarum et omnibus pomis atque operibus seculi velut peregrinos viatores in mundo alterius vite quam a deo speramus. cuius nos esse promissimus. In media huic spei promissionis septimo mense debemus in tabernaculis manere illustrante nos septiformi gratia spissantem tota die mudi velut arête et eternam deserere. et fixa intentio ad imarcessibilis paradisi gaudia sperare. et hoc septem diebus. i. toto presentis vite tempore que tot diebus volvitur. Singulis quoque diebus huic ebdomadis holocaustum facere debemus et opus dei in die suo. oblationem. s. totam incensum in his quod proprio ad diuinum servitum pertinent. ut orationes et ieiunia. opus vero dei in die suo in illis que ad fraterne dilectionis obsequium attinet. ut cuncti panem. si ienti potum. et huic misstrare. hec nobis solenia tabernaclo-

misticē celebranda; paulus iſſiuabat. cum iter p̄dicandum scenofactorie arti vacabat faciebat ēm scenomata; ut peregrinum se esse doceret. et eos quos erudiebat peregrinari in hac vita. in futuro autē patriā sperare. unde. **D**um sumus in corpore peregrinamur a dñō. Et alibi. **N**ō habem⁹ h̄manētē cīnitatē. b̄ fū. inq.

Holennitatem. Que grec⁹ scenop̄phegia. i. fixio tabernaculorū dicitur; que incipit. xv. die mensis septimi. et durat septem dieb. in quibus

p̄cepit dominus populum in tabernaculū habitare. et quotidie legem scrantes holocausta domino offerre. quia quondam in tabernaculis. s. morabantur in solitudine predicātē legē moysē. et crebro sibi deo apparente diu expectante promissam requiri. neynq̄ sc̄tati beneficij gratia in oblinio n̄ veniret.

Per ordinem. Quia quidquid iordinate geritur; meriti perfectōis amittit. q̄ bonor regis indicium diligit. Que enim in honorem summi regis agimus certe. neceſſe ē discretōne iudicij q̄ l̄ quantum sint agēda distinguamus.

Con calendis. Sc̄z incipit mensium in ortu lunge. a quo semper hebi menses incipiebant: nullos menses exceptis lunaribus habentes. unde pro calendis greci melius neomenias. id est. non lunaria vocant. Si autem menses propter dies. xxx. quibus implentur significant plenitudinez operum lucis. quando in fide lancē trinitatis decalogi p̄cepta perficiuntur. Quid etiā mensium in quibus luna ut denuo luceat nuper a sole dicatur accendi nisi initia designant bone operatōis. que donante cōditoris gratia. quasi solis iusticie presentia percipimus. Ob cuius significatiā diuinę illustratōnē. sine qua nihil boni inchoare vel perficere valamus. Deus om̄es calendis. id est. exordia mensium celebrari p̄cepit. unde. Canite in inicio mensis tuba in insigni die solennitatis vestre. Bene ante dicitur. quia peracta festinatate tabernaculo. a fili⁹ transmigratōnis faciebat holocaustum iuge r̄c. Quia postq̄z animus semel huic mundo perfecte abrenunciauerit. oportet ut totam se impendat obsequio diuinę voluntatis.

A primo die. Ab exordio. s. diuinę inspiratōnē qua humana conscientia immutatur. et voluptatibus neglectis in ea sola que domini sunt inardescit. sicut apostoli qui spiritus sancto inflamati. quasi holocaustum facti. oibus linguis p̄dicabant magnalia dei. Hinc apud hebreos septimus mensis nouus annus vocatur. quia per sp̄m sanctum fidelib⁹ datur. ut nouum charitatis impleant mandatum. et canticum nouum i. edificatō dom⁹ dei reddant.

Constatum autem q̄ mens septimo congregatus est populus in iherusalem. et congregatis omnibus iōsue et zorobabel cum fratribus suis altare edificasse. et a primo die septimi mensis holocaustum obtulisse refertur. unde colligitur hoc altare ex lapidibus impolitis citissime cōpositum. non sicut olim de ligno fabricatum. et creis laminis cooperiti. Nō enim aliter etiam plurima fabricantium turbā instante potuit una die īcipi et perfici. et ad offerendum holocaustum p̄parari. In libro em̄ māhaborum de lapidibus factum dicitur. Et accepunt lapides integros sūl legem. et edificauerunt altare nouum sūl illud q̄d p̄i⁹ fuit.

Constatum q̄ inīcum quīte grātis sicut quattuor p̄cedentium oblatis domino holocaustis consecratūr. In prima em̄ prothomartir abel primus oīm electorum de primogenitū ouīm deo holocaustum obtulit. et ingressu⁹ nascentis seculi. primo hostijs pecorū. tandem proprio cruce redicauit. Secunde etatis oītum noe oblatis deo holocaustis de his que fuerant in archa consecranit. Terciam etatem melchisedech et abraham. hic in pane et vino. ille proprio filio oblato sacrarunt. Quartā etā tem daniel domino consecrauit. edificato altari in area ore hiebusi. et oblatis deo holocaustis. quibus cum quem populum numerando offens-

derat; placaret ubi abraham prohibetur filium obtulisse. et post edificato a salomone templo. altare holocaustum constat esse locatum. Quin te nunc etatis exordium iōsue et zorobabel edificato ibidem altari. et oblatis deo holocaustis. mox excuso captivitatis iōgo obtulerunt. et postea in si holocausto domini sibi placauerunt. **H**ec omnia in figura p̄cesserūt eius qui in sexta etate hostia sue carnis totū mūdū redemit.

Cederunt. **B**eda. Qui de captivitate liberati hiebosinam vene-

runt. facere templum disponuerūt. et postea fecerunt. sed prius posito altari. quotidie holocaustis domino se cōmendauerūt. ut digne ipsum templū edificare mererentur.

Qui ergo alios vult docere. prius seipsum doceat. ne ab apostolo audiat. Qui ergo alium doceas. tēpsum non doces. unde. **C**a stigo corpus meum et in servitutem redigōne. f. c. a. r̄c. Rēcte ergo transmigratōis filij non alia sacrificia q̄ holocausta. id est.

totalis incensas oblatōnes deo obtulisse referruntur. quia necesse ē ut totum se beneviēdo. et a licitis etiā cō-

vītūtū. **L**athomis et cemētarīs cibum quoq̄ et potum. et oleum. **S**yrus et sidon nobilissime phenicis vibes liba no monte vicine. **S**idonij tyrijsq̄ ut deferrēt ligna

tinendo creatori mancipet. qui male viventes cupit ab illicitis docendo compescere.

Cedest etiam dici q̄ edificato altari holocausta offerant deo. s. non dum templū edificant. qui nuper conuersi. mox in diligendo deum toto corde ardescunt. ut tam inter perfectos numerari queant. et si nondū bona que cupiunt operādi vel perficiendi tēpū vel facultatem accipiunt. ut abraham iam fide perfectus erat. cum aondū perficiisset opera. unde. Credidit abraham deo et reputatum est ei ad iusticiā. **C**ū vero filiū suū per altare obtulit. quasi tēpō cōstructo pfectiora deo holocausta reddidit. Singuli em̄ actus vel gressus p̄i⁹ deuotōnis ordines sunt lapidū politorum. quibus in corde nostro dilectam deo habitationem p̄strūtū.

Cfundatio templi illos significat qui nuper conuersi locum p̄parant domino in se. unde. **M**embra via tēplū ē sp̄issantī r̄c.

Clathomis. **M**istice. **B**. Lathomi sunt in constructō dom⁹ dei qui corda proximorum docendo vel increpando instruunt. quos duū firmiter iter alios cōsistere docent. quasi quadrādo aptant. **Q**uocunq̄ em̄ verteris quadrātū. stabit. et electorū in mens dum inter aduersa vel p̄spērā manet immota. quadrātā sibi inesse virtutis figurā mōstrat. **V**nde archa noe de lignis quadrātis facta describitur. **N**ā cādem ecclēsiā quā templū de lapide faciūt. et archa de lignis compacta figurat. et tabernaculā de coriñis et tabul⁹ p̄positū.

Clementariis r̄c. **C**emētarīi sunt item p̄dicatores qui dum eos q̄s bonis operib⁹ instituunt. copula charitatis ad innicētē nectunt. quasi quadrātū politosq̄ lapides. ne ordinem cōpositōis reserāt cemēti italio ne p̄iungunt. dicentes. **A**nte oīa autē mutuā in vobis p̄ti.ca.ba. **T**ū paul⁹. **S**up oīa autē habete caritatē q̄d ē vinclū pfectōis.

Sydonius tyrijsq̄. **S**ydonij quoq̄ et tyrijs p̄dicatores representant qui hoīes in gloria quondam seculi sublimes et candidos securi sermonis dei. de statu prime conuersatōnis deſciunt. ut salubriter prostratos. et quasi ab humore corruptivo ingeniti sensus excotos. ab om̄i viciōrum tortitudine corrigāt. et in ornatum vel in munimentū ecclēsiē exigūt. unde in psal⁹. qui inscribitur in consummatō tabernaculi. vox domini cōfringentis cedros.

Sidonijs ty. r̄c. **D**ant principes patrum iōsue. s. et zorobabel et fratres sydonij et tyrijs. cibum potum et oleum. ut deferant ligna cedri. a deo libano ad mare iōpen cum doctorib⁹. ut p̄dicare valeat spiritualia cārismata quī in iōsue et zorobabel signatur. verbi sui dona sp̄nalia partitū. quib⁹ int̄s illustrati fortiores efficiantur. ad debellandam supernoz̄ iactantiam et stultam sapientiam. unde. **P**arasti in conspectū m̄ ad e. q̄. t. m̄. **I**m̄. i. o. c. m̄. **N**atur ergo pecunīq̄ lathomis. cemētarīi. et lignoz̄ cesorib⁹.

cibus potus et oleum. ut ad edificandum domum dei materiam prepararet. cum predicatoribus diuinis gratia virtutum copia confertur. quibus ad iuri ad corrighenda pranorum corda. et perceptoni bonorum aptanda sufficiunt.

Chydonius venatoribus qui vagos sensus rethibus fidei christo capiunt. Unde faciam vos f.p. ho. Idem sunt angustiati. qz psloram i mundo habebit: quis fidet. quia dominus vicit mundum.

Cult deferrent li-

Deferunt ligna excisa in mare non mergenda. sed per illud ioppe que interpretatur pulchritudo perferenda cum doctores auditibus ad fidem vocatis temptationes occurserunt: sed fide superadas prenuntiata: vt prius viciorum vel prauorum hominum fieri fructus tollantur. et sic ad pulchritudinem menia portumque perueniatur. velut prius dyabolo draconis regi omnium que sunt in aquis. i. impiorum qz in mari. i. seculi perturbatōibns cōuersantur renunciemus. post ad pulchritudinem fidei veniamus; qua sanctam trinitatem et unam deitatem qua dispensationem incarnationis Christi: ecclesie unitatem peccatorum remissionem. et carnis resurrectōne confiteamur. unde petrus in hac civitate thabitam suscitavit: quia in huius perfectōne fidei et generalis ecclesie per baptismā a morte peccatorum suscitamur. et cum post baptismā mortē peccati icurrimus. qz candē penitendo renuiscimus. et per reconciliatiōne sacerdotū ecclē aggregamur.

Croppen. Unde. s. per terram ad opus templi deferrentur: sicut i primā templi structura factum est. sed salomon regali potentia a rege hyrass que voluit facile obtinuit. hi qnt de captiuitate redeentes. et regni potentiam nō habentes cūcta emebāt.

Anno a. f. Heda. Cum supra dicatur qz septimo mense venerunt i bierusalem. hic vero qz anno secundo aduentus eorum mense secundo opus templi inchoauerint. patet. quia septem mensibus lapides. cementū. ligna et cetera necessaria. parauerunt. Octauo autem incipiente mense operari ceperunt. Per enim erat mensis anni primi et septimus sequentis. Distice autem septimus ad sabbatū pertinet: in quo dominus conditor mundi ab operibus suis. vel Christus post passionem in sepulcro requieuit. Octo ad prius mā sabbati in quo resurrexit. septem ad spem nostri sabbati pō mortē. Octo respiciunt ad gaudiū nostrę perpetuę beatitudinis. Quia ergo omnis electorum operatō qui sunt domus dei per gratiam spiritus incipit et perficitur. omnis respectu et intentōne futurę quietis et immortalitatis peragitur. recte structores templi a septimo mense oblati deo holocaustis. supertus edificatiōne parare incipiunt: quibus septem mensibus paratis: octauo aggrediuntur opus. nec aliis in preparatiōne tāti operis ponitur numerus. qz ille qui septiformē gratiam spiritus. quia operantes adiuuam. vel quietem animarum. aut resurrectiōnem corporum quā bene operantes speramus denunciat.

On hierusalem. Locum s. templi quo templum edificare cupiebat. Falluntur enim iudei qui dicunt nunqz parietes templi. sed solum tectū a chaldeis fuisse subuersum. cum pateat esdrā filii transmigrationis templum fecisse a fundamentis.

Et oēs qui. Magna deuotio totius populi. gaudebant enim se de captiuitate redisse. et qntum superbē cūitatis flagicia borebāt: tantum bierusalem videre cupiebant decorē: quantum phana abhomianatur: tantum templum dei restaurari conabantur. Si non solum episcopi et presb̄i plebem fidelium. id est dei domum debent edificare. sed etiam populus de captiuitate viciorum ad visionem vere pacis vocatus: ministerium verbi ab his qui dicere nonerunt: debet exigere. qui sc̄ ministri verbi. i. leuita a viginti annis et supra constituantur: quia tales sunt ad edificandum constituti et p̄ferendi. qui decalogum non solū faciendo au-

ditoribus ostendunt: sed etiam puritate et integritate cordis in cōspectu dei intemeratam custodiant.

Cviginti annis. Non est dubitandum ibi statum ecclesie per spiritum sumere prefectum. ubi et presules gradum suum rite custodientes populo magistros veritatis regulariter ordinant. et ipse populus ne a descendō cessent diligenter audiēdo et obtemperando appellunt. Et secundia nostrorum temporum maiores simul et minores ledit: hos a predicando verbu: illos ab audiendo. vtrosqz a facie do prepediens. quia minus pensamus qnta sit acerbitas democriacis captiuitatis qz qua erit simus. vel quanta solennitas ad quam vocamur super hierusalem matris omnium nostrum: cuius iam pignus accipimus. Sed intueamur extima patru: opera quo amplius de animi nostri pulsillanimitate p̄fundamur.

Confundandū vero et crebris memorans qntum boni. malum captiuitatis attulit. d. qua erit tanta omnes intentōne quanta nunqz antea celestibus obsequijs instant. Et rebodie mlis qui in pace negligenter vicerant. subito errasse et peccasse profuit: duz post calum penitendo erexit: vigilans deo seruunt. et qui pigrī innocentia stabant et desideris: post accidentem ruinam admoniti sunt solerti us contra hostis insidias accincti. vt qui nec propriam vitam curando offenderant: post etiam fratres salutis curam gerant. Omnes ergo de captiuitate redeentes curam templi restaurandi habent: sed maxime leuite et filii iuda propter sacerdotalem simul et regiam ecclesiē dignitatē: que p̄cipue templum edificant. quia omnes qui corda fidelium docendo vel bene vivendo instituunt: ad corpus veri regis et sacerdotis. id est Christi pertinent. vnde et autores operis. hiebus et sacerdotali tribu. zorobabel vero de tribu regia orti sunt.

Constitutus iosephus. Nō filius iosephus. sed unus de leuitis a viginti annis et supra constitutus ad regendum opus. de quibus fuit cedimel et filii eius. qui pariter inuncto operi cum filiis et fratribus curaz adhuc runt. Super etiam in catalogo populi bi post sacerdotes prius leuitas memorantur. unde colligitur eos principes leuitarum illius temporis suis. Bene filii iuda in medio leuitarum ponuntur simul in staurādo templo dantes operam. et propter eundem pietatis consensum: quasi unum secesserunt. hē enim imitandus ordo virtutis. vt ecciam omnes dicati deo gradū et p̄nī deuotō populi. p se quisqz edificeret.

Confundato igitur. Distice. Fundato a cementarij templo domini stant sacerdotes in ornatu suo cu tubis. dū pueris ab errore peccatoribz: et fundata in eis fide et dilectionē Christi. pgaudent ecclesia et magistri. et seipso solerti bonis operibus ornantes tubis doctrinę salutaris isonāt. vt exemplo virtutum et suasione verbo: adiungent bona cepta eorum qz nuper penitendo ad gratiam Christi puenere. vñ alios docendo conuerte re. Etāt et leuite vt laudent deū in cimbali. cū sc̄ ordinis ministri ad informatiōne neophytoz p̄i actibus suo conditorū struunt. et bī in mutue caritatis dulcedine. Cimbala enim qz se vt resonēt. iūcē tangunt: opera charitatis exprimit: quibus se sancti alterutru exaltāt in landem. Landant etiam p manū dauid regis: cū opa Christi que p carnē gessit: diligenter attēdit et imitantur qntum possunt.

Confiterunt sacerdos in or. Magna oīm personaz deuotio ostenditur cū fundato templo oēs iuxta gradum suum misericordiā dñi laudat. Sacerdotes quidem sanctis vestibus ornati sicut adhuc stante templo p̄sue uerant tubis psonātes et cor populi ad suauitatem supē laudis accendentes. leuite in cimbali bene sonantibus himnos dñi p̄cītētes. populū dñi clamore deū landādo affectū cordis ostēdes.

Concinebat in himnis. In organis. s. que ipse fecit. vel psalmis quos instituit. vel quia dauid i collocatō arche principē fecit ad p̄ficiō

domino' asaph et fratres eius: ut verba dierum testantur. de quo rursus dicitur: quia filii eius sub manu ipsius erant prophetantes iuxta regem. Merito h. cum filii asaph laudarent et confiterentur domino permane-
dant iuxta dispositio[n]em eius hoc fecisse intelligendi sunt.

Clebant. Sicilicet cernentes q[ua]nta pauperies illius temporis a ma-
gnifica quondam salomonis potentia qua prius templū fundatū est dista-
ret: et prius templū pro suis sceleribus nouerant esse destrutū: cui nec

magnitudinē nec de-
corem equipare vale-
lebat.

O e[m] p[ro]pheteta
dicit. Et gloria do-
mus istius nouissime
magis q[ui] prīmū non
ad magnitudinem v[er]o
oratam domus. sed

ad rez ipsaz pertinet:
quia maius miracu-
li et cūdētōris virtu-
tis dei erat: q[uia] pauc[us]

captiuorum reliquie
inimicis etiam resistē-
tibus tantum op[er]o p[re]ficerat: q[ui] rex opu-
lentissimus nullū om-
nino aduersarium ha-
bens cu[ri] adiutorio cy-
ri regis dilectissimi. p[er]

ut voluit fecit. Item
maior gloria nouissi-
me demus q[ui] prime;

quia in priori domo
cultores veteris testa-
menti legū et p[ro]pheta-

nun scriptura populū
predicabant. In secū-
da christi et aposto-

li gratiam noui testa-
menti et regni celestis
introitum nunciat

Cbeda. Flebant i[n]
edificatiōne templi spi-
ritualis fletus sunul et
leticia p[ri]cipib[us] na-
satur: gaudet em[per]o[r] do-
ctores in salute peni-
tentium: f[est]i lugent: q[ui]
vnq[ue] penitenda com-
miserunt. Exultat ipi[s]
de salute qui peniten-
tiā a morte anime surrexerūt. Lugent: quia peccando perdiderūt. Letan-
tur neophyti gratia redemptoris se collectos esse. Volent: cu[ri] humano ge-
nere in p[ri]mo se perisse parente: et quasi corrupto ab hostibus dei templo-
sc[ri]ptū corporis et anime immortalis in babilonē. i. in confessionem pre-
sentis exili transmigrasse. Sed quia crescentibus bonoru[m] profectibus: cre-
scit iniuria malorum: nec inter augmenta piorum desunt temptationa
prauiorū qui vel bonū ficte ostendendo vel aperte malum ingerendo san-
ctos ledere conentur: recte subiungitur. Audierunt autem ī.

